Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



scandala. Ve autem illi per quem
scandala venerit. Vtilius est
illi si lapis molaris imponat
circa collum eius et proiciatur in
mare, quam ut scandalizet unum
de pusillis istis. Attendite vo
bis. Si peccauerit in te frater tuus
increpa illum. et si penitentiam
egerit dimitte illi. Et si sep
ies in die peccauerit in te, et
septies in die conuersus fuerit
ad te dicens. penitet me dimit
te illi. Et dixerunt apli domino.
Adauge nobis fidem. Dixit autem
dominus. Si habueritis fidem sicut gra
num sinapis dicetis huic ar
bori moro. eradicare et trans
plantare in mare et obedietur
vobis. Quis autem vestrum hab
ens seruum arantem aut pascentem. q
ingresso de agro dicat illi statim
transi recube. et non dicet ei pa
ra quod cenem. et precinge te. et
ministra mihi donec manducem
et bibam. et post hec tu manducabis
et bibes. Numquid gratiam
habet seruo illi, quia fecit que ei
imperauerat. Non puto. Sic et
vos cum feceritis omia q̃ precepta
sunt vobis dicite. Serui inutiles
sumus. quod debuimus facere fecimus.

Letus est Dominica secunda.
dominus pastor meus et edoce
bit me in latitudine saluum
me fecit quoniam voluit me. Ps. Diligam
te domine virtus mea dominus firmamen
tum meum et refugium meum. Oro.

Auxi nobis domine fidem
spei et amoris hac nos hodie
precium quia numquam tua gubernacione deficiamus. quos in solidita
te tue dilectionis instituis. P.

Rim. No. Lectio .b. Johis apli.
Hoc iudicium si odit vos mundus.
Nos scimus quoniam translati
sumus de morte ad vitam. quoniam di
ligimus fres. Qui non diligit
manet in morte. Omis qui odit
fratrem suum: homicida est. Et scimus
quia omis homicida non habet vitam eter
nam in se manentem. In hoc cognouimus
caritatem dei: quoniam ille pro
nobis animam suam posuit. et nos
debemus animas pro fribus ponere. Qui
habuerit substantiam mundi. et vide
rit fratrem suum necessitatem patiente.
et clauserit viscera sua ab eo:
quomodo caritas dei manet in eo. Filioli
mei non diligamus verbo neque
lingua sed opere et veritate. Gradual.
Ad dominum cum tribularer clamauit et
exaudiuit me. V. Domine libera animam
meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.
Alla. V. Oculi omnium in te sperant domine et
pascis eos in tempore opportuno. p singulos dies.
Sequentia. Dixit. id. i. d. c. S. Lucam.
Parabola hac. Homo quidam fe
cit cenam magnam. et vocauit
multos. Et misit seruum suum
hora cene dicere inuitatis ut
venirent. quia iam parata sunt omia.
Et ceperunt simul omnes excusare.
Primus dixit ei. Villam emi.
et necesse habeo exire et videre